

Schola Catharina

24e Zondag door het jaar

Introitus (Sir. 36, 18)

Da pacem, Domine, sustinentibus te, ut prophetae tui fideles inveniantur: exaudi preces servi tui et plebis tuae Israel.

Laetatus sum in his quae dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus.

Geef vrede, Heer, aan wie op U steunen, opdat Uw profeten trouw bevonden worden: Verhoor de gebeden van Uw dienaar en Uw volk Israël.

Tussenzang (Ps. 121):

Verheugd ben ik over de dingen die mij gezegd zijn: wij gaan naar het huis van de Heer.

Graduale (Ps. 121, 1.7)

Laetatus sum in his quae dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus. Fiat pax in virtute tua: et abundantia in turribus tuis.

Verheugd ben ik over de dingen die mij gezegd zijn: naar het huis van de Heer trekken wij op. Moge vrede heersen in uw vesting: en overvloed binnen uw torens.

Alleluia (Ps. 101, 16)

Alleluia. Timebunt gentes nomen tuum, Domine: et omnes reges terrae gloriam tuam. Alleluia.

Alleluia. Vrezen zullen de volkeren Uw Naam, Heer, en alle vorsten der aarde Uw roem. Alleluia.

Offertorium A en B (Vgl. Ex. 24, 4.5)

Sanctificavit Moyses altare Domino, offerens super illud holocausta, et immolans victimas: fecit sacrificium vespertinum in odorem suavitatis Domino Deo, in conspectu filiorum Israel.

Mozes wijdde de Heer een altaar, bracht daarop brandoffers, en slachtte offerdieren: Hij bracht een avondoffer tot een liefelijke geur voor God de Heer, ten aanschouwen van de kinderen van Israël.

Offertorium C (Vgl. Ex. 32, 11-25)

Precatus est Moyses in conspectu Domini, Dei sui, et dixit. Precatus est Moyses in conspectu Domini, Dei sui, et dixit: Quare, Domine, irascaris in populo tuo? Parce irae animae tuae: memento Abraham, Isaac et Iacob, quibus iurasti dare terram

Schola Catharina

fluentem lac et mel.

Et placatus factus est Dominus de malignitate, quam dixit facere populo suo.

Communio A (Ps. 95, 8.9)

Tollite hostias, et introite in atria eius: adorate Dominum in aula sancta eius.

Cantate Domino canticum novum, cantate Domino, omnis terra.

Communio B (Mt. 16, 24)

Qui vult venire post me, abneget semetipsum: et tollat crucem suam, et sequatur me.

Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo.

Communio C (Lc. 15, 10)

Dico vobis, gaudium est Angelis Dei super uno peccatore paenitentiam agente.

Beatus, cui remissa est iniquitas et obiectum est peccatum.

Mozes bad voor het aanschijn van de Heer, zijn God, en sprak. Mozes bad voor het aanschijn van de Heer, zijn God, en sprak: Waarom, Heer, zijt Gij vertoornd op uw volk? Spaar de toorn in Uw ziel: gedenk Abraham, Izaäk en Jakob, aan wie Gij onder ede gezworen hebt het land te geven dat overvloeit van melk en honing.

En de Heer liet zich verbidden en zag af van het onheil, dat Hij gezegd had Zijn volk aan te zullen doen.

Neemt offergaven mee en treedt in zijn voorhof: aanbidt de Heer in zijn heilig paleis.

Tussenzang (Ps. 31):

Zingt voor de Heer een nieuw lied, zingt voor de Heer, heel de aarde.

Wie mijn volgeling wil zijn, laat hij zichzelf verloochenen, zijn kruis opnemen en Mij volgen.

Tussenzang (Ps. 33. 2):

Loven zal ik de Heer te allen tijde altijd is de lof voor Hem in mijn mond.

Ik zeg u, vreugde is er bij de Engelen van God over één zondaar die zich bekeert.

Tussenzang (Ps. 95):

Zalig wiens onrecht vergeven en zonde bedekt is.